Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



155

c. lxij

Super sexto septimo et octauo articul. Examinatus testis credit et dicit articulos esse veros ex auditu

Super nono et decimo articulis Examinatus testis respondit articulata sibi notare nec audiuisse credit tamen ita esse prout articulatur quia opera eius id demonstrent

Sup. Vndecimo articulo interrogatus tam ad toto tempore vite sue id Examinatus testis respondit articulum esse verum quia inter talis prout articulat. et extitisse talis fama non sucreuisse

Super duodecimo articulo interrogatus tam ad propri domo opera sua id Examinatus testis respondit articulum esse verum quia ita publice conuiuetur

Super Tiedecimo et Quartodecimo articulis Examinatus testis respondit articulata non audiuisse credit tamen sic esse prout articulatur

Super Quindecimo Sedecimo Decimoseptimo et Decimooctauo articulis Examinatus testis respondit eosdem fore veros quia articulata publice fama audiunt

Super Decimonono articulo tam ad post mortem suam clarum id Examinatus testis respondit sibi de miraculis in aliis ostensis non constare nec vidisse Sed quo ad se respondit ad annum quidam eius puer nud in septimo anno sue etatis constitutus adeo in infirmitatibus quadam vice de septuagesimo primo anno Huartetur ad ipse testis ac Katherina eius vxor de vita pueri omnino desperati candelam nuptiarum consuetudine more volentium attendissent ipsi itaque Dressing et Katherina de vita pueri desperati eundem peregre positum ad dum Leopold, denouerunt pro eius voti emissione pueri ad statim respiruit et deinde sucessiue sanitatem recuperauit et omnino sanus existat prout sanus in examine apparuit Credens ipse testis fecisse predictum eius puerum ab infirmitate et intercessione pro Leopoldi et non aliqua arte humana aut ex verbis humanis sanitatem recuperasse

Super Vicesimo et alias articulis Examinatus testis credit eosdem esse veros ex auditu publico

Et fuit testis iuratus prout est mos

Eadem die honesta Katherina vxor Simonis Peltz de Fendorff mulier Patauiensis diocesis etatis sue Quinquaginta quinque annorum Citata iurata ac medio eius iuramento prestito per eam diligenter ad memoriam reducto ac de pena perjurii et testis falsidici plenius admonita deposuit ut sequitur

Super Primo et omnibus aliis articulis usque ad decimum octauum inclusiue Examinata testis respondit articulos esse veros quia ita put articulatur audiunt

Sup. Decimonono articulo interrogata tam ad post mortem suam clarum id Examinata testis respondit articulum fore verum causam sterilitatis reddit quia ipsa testis ex duobus lapidibus qui apud eam testem per viginti quatuor annos

184 Wyle